

xat eos contingat abesse, sed totum in conventum usum convertatur.

De vestibus, earumque utilitate nullisque aliis rebus &c.

§. 31. Præter victum autem memoratum volumus cuilibet scholari pro vestimentis Pannum statuti consuetum deferri ibidem per scholares pro duabus lapsis vel manicis unam videlicet de mense Aprilis, alteram de mense Octobris per Rectorem consignari, proviso quod singuli scholares omnino Pannum in veste superiori ejusdem coloris deferant. Si quis autem presumptuosus ita esset, quod Pannum statuti in veste superiori alterius coloris, quam alii deferre tentaret, ipso facto toto anno expellatur. Pro reliquis vero vestimentis necessariis volumus cuilibet scholarium per Rectorem, vel Thesaurarium tradi temporibus congruis, & consignari; medietatem scilicet in Festo Sancti Michaelis, & alteram medietatem in Festo Paschæ octo ducatos aureos, & pro candelis studii duos ducatos. Ita tamen quod de omnibus Rector qui pro tempore fuerit in Vestuario, & portione quotidiana, & candelis habeat duplum. Item quilibet Consiliarius ultra ordinarium habeat anno quolibet quatuor ducatos, Thesaurarius vero ducatos sex pro eorum labore, & distractione: statuentes, & declarantes, quod scholaris ad gratiam Collegii receptus, si infra Festum beati Joannis Baptistæ venerit, vestiarium, & cappam, quæ aliis dantur pro tempore estatis, habeat, alias si post prædictum Festum venerit, portionem Vestiarium hyemalis expectet. Item statuimus de illo, qui infra Festum Epiphaniæ venerit, ut portionem suam hyemalem lucretur, alias expectet sequentem. Item expensam pro Collectis Doctorum ac Bedellorum persolvendis necnon pro torticiis consuetis in præfato generali studio certis festivitibus deferri volumus scholaribus suis temporibus tradi. Qui vero fraudem commiserit collectam non solvendo, vel oblationem seu cerium non portando, quod receperit, restituere compellatur, & nihilominus graviter puniatur: declarantes quod viginti solidos universitati persolvendos per quemlibet in studio supervenientem de novo, solvat quilibet de proprio. Quod si recusaverit, solvat pro eo incontinenti Rector Collegii, & eidem detrahat, & recuperet de prima solutione Vestiarium sui.

De Cubiculis, eorumque ornamentis.

§. 32. Præterea cuilibet scholari de novo recepto camera fulcita ad modum Scholasticum de tribus scannis uno disco cum Rota quatuor librorum, & lectica cum culcitra, pulvinari, & lodice consignetur, & ista perpetuo expensis Collegii mantententur. De aliis autem sibi pro libito provideat: proviso quod Camera Rectoris, qui pro tempore fuerit, perpetuo deputanda expensis Collegii decenter de omnibus necessariis, & opportunis fulciatur: statuentes, quod quilibet de rebus sibi consignatis cedulam propria manuscriptorum Rectori tradat: quæ omnia in suo recessu etiam per subtractionem propriorum bonorum, si necesse fuerit, integre restituere compellatur.

De Cubiculi optione.

§. 33. Et ne inter scholares pro Camera oriatur discordia, statuimus ut graduati

primo ordine suo demum antiquiores in receptione gratiæ nulla alia exceptione personarum habita gradatim infra tres dies meliorem Camera vacantem optare valeant, ut demum ultimo recepto, vel recipiendo relicta consignetur.

De Medico, & diligenti Infirmorum curatione.

§. 34. Insuper dignum arbitantes, & pium infirmis debere necessaria administrari, ut in debitam sanitatem valeant restaurari; Statuimus, & ordinamus, quod Rector & Collegium de bono Medico experto, & approbato diligenter sibi provideant expensis Collegii, qui quoties fuerit expediens, visitare habeat cum summa diligentia scholares singulos, precipue infirmitate gravatos, ac etiam Sacerdotes, & familiares dicti Collegii: Precipientes districtè Rectori, quod quid legitime Medicus pro scholari infirmo duxerit ordinandum, expensis Collegii exacta diligentia jubeat ministrari: proviso semper, quod exigente necessitate spiritualis servitor bonus, & diligens expensis Collegii ac etiam optima Camera infirmo deputetur, vel si maluerit in loco ad hoc deputando, quæ infirmaria nuncupetur, quam ex nunc mandamus in ipso Collegio institui durante infirmitate, valeat tolerari: mandantes etiam scholaribus universis, quatenus ante omnia advocent animæ, & salutis medicum, sepe & sepius confitendo: ad quod possint per Rectorem ipsius Collegii, ut præmittitur supra, compelli: ut postquam fuerit eisdem de spiritali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur & in debitam sanitatem velociter instaurantur.

De Pensionibus Medicis, aliorumque.

§. 35. Pro salario autem Medici Phisici, & si opus fuerit Chirurgici, ac etiam Barbitonforis conveniant cum eisdem Rector, & Collegium, ponderatis facultatibus eorum: secundum quod dispositioni temporis videbitur convenire, & idem fiat de Sacerdotibus, & aliis quibuscumque pensionatis, vel salariatis in dicto Collegio ita tamen, quod Dominus ipsa ultra modum debitum ex hujusmodi Personarum interpositione seu ministeriis nimium non gravetur.

De Funeribus, & Sepultura mortuorum.

§. 36. Præterea statuimus, & ordinamus, quod si aliquem scholarem intra Collegium contingat ab hoc seculo migrare, expensis propriis sepeliatur, secundum quod in extremis duxerit ordinandum. Si autem, quod absit, absque ulla dispositione extrema decedat, idem fiat secundum quod persona convenit, & propria suppetunt facultates. Quod si in pecuniis pro tunc non habeat, unde condecens expensâ fieri valeat, mutuet Rector de bonis Collegii, & infra sex menses hoc Parentibus intimato, ab eis repetat, quod fuerit mutuatum. Quod si infra dictum terminum non satisfecerint, Rector usque ad summam debitam de libris ipsius recuperet. Si vero adeo pauper existat, quod in bonis penitus nil habeat, expensis Collegii volumus sepelli, & expendi pro sepultura secundum quod Rector & major pars Collegii duxerit arbitrandum: mandantes scholaribus & Sacerdotibus universis, quod ipsum funus assistare, & portare ad ecclesiam teneantur, nec ab inde valeant recedere, donec traditum fuerit.

fuerit ecclesiasticæ sepulturæ: & nihilominus die ipsius obitus vel sequenti, ac etiam nona die duas solemnes missas de requiem, quibus Scholares omnes & sacerdotes interesse teneantur, præcipimus intra Collegium celebrari. Mandantes insuper in virtute sanctæ obedientiæ, quod quilibet scholaris etiam Sacerdos pro ejus anima duas missas, & totum officium mortuorum; alii autem non Sacerdotes quater septem Psalmos penitentiales infra mensem dicere teneantur.

De obedientia Rectori præstare.

§. 37. Cæterum quia inter opera caritatis pium est juvenes bonis moribus informare, & errantes saltem metu pænæ ab erroribus revocare; precipiendo mandamus dictis Scholaribus, & Sacerdotibus universis, quod in licitis, & honestis suis Rectori humiliter obediant, nec eidem, aut sibi invicem molestias etiam verbales inferant, contrafacientes acriter puniantur, satisfactione prius facta læso.

Manus in alium inchoare cuilibet vetatur sub censura pœnis.

§. 38. Si autem aliquis Scholaris in scholarem, vel Sacerdotem aut familiarem communem administrationem ferentem in suo officio, aut alias ratione officii violentas manus injecerit, pro prima vice vescatur panem, & aqua illa die, pro secunda vescatur similiter duobus diebus: quod si tertio in idem incidit per Rectorem, & Consiliarios ad tempus secundum qualitatem excessus de consortio aliorum expellatur de bonis Collegii, vel omnino interim percepturis, & nihilominus satisfecere de proprio compellatur, Si vero Sacerdotes in Scholarem vel sibi invicem manus violentas iniciant, statim expelli valeant, vel alias puniri, secundum quod Rectori, & Consiliariis videbitur fore æquum.

Nonnulli Scholares interdum.

§. 39. Præterea Scholaribus ludum taxilorum expressè interdicitur. Item ne scholaris aliquo casu in publico, vel privato cum mulieribus coreare præsumat vel pernoctare, aut hyemali tempore de nocte cenam absque expressa Rectoris licentia extra Domum suscipere, vel intra forenses præcipue de Nocte in loco communi, vel privato invitare, nisi prius habita Rectoris licentia, ut præmittitur, interdicitur expresse. Item nullus præsumat Camera sibi consignatam vel aliquem alium locum in aliqua sui parte sine consensu Rectoris perforare, vel immutare: qui contrarium etiam utiliter attenterit, privetur illa Camera, vel alias arbitrarie puniatur. Præterea intra domum, nullo modo etiam de Rectoris licentia fiat Festum Regis, nec aliquis in Camera sua, aliquo tempore de nocte, vel de die Scholares congreget ad coreandum, cantandum, vel pullandum instrumenta quælibet, nisi hoc contingeret fieri recreationis causa, puta pro licentia novo, vel doctorato, aut socio infirmo, & tunc de licentia Rectoris. Per hoc tamen non interdicitur quin singuli Scholares absque alicujus præjudicio, vel impedimento instrumentis suis uti valeant moderate. Ulterius inhibemus, ne quisquam prandre, aut cenare audeat in camera sua infirmitate cessante, nisi prius obtenta a Rectoris licentia. Item nec quisquam Cellam Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

rium aut Coquinam causa turbandi officiales, vel alias, nisi exigente justa causa ingredi valeat: contrarium facientes Rectoris arbitrio puniantur. Adicientes quod extra Tinellum communem nulli de Victualibus communibus aliquid minuetur, nisi secundum quod Rector duxerit limitandum, vel nisi alia legitima causa aliud exposulet.

Alii mandata.

§. 40. Ulterius mandamus Rectori, quod diligenter hora concedenti, videlicet in tertia campana noctis jubeat portam communem claudi, & de mane in campana diei, & non ante aperiri penes se continue claves de nocte retenturus, nec aliquis cujuscumque status existat, post clausam Janam sine expresso mandato Rectoris ingredi domum valeat. Sed nihilominus is, quem justa causa Rectori nota non excusaverit in crastinum in pane, & aqua semel, ut supra penitentiam agat. Si autem aliquis precipue de nocte per fenestram, vel alium locum suspectum ingrediatur, vel egrediatur domum, privetur per mensem omni commodo, & gratia ipsius Collegii; quod si secundo incidit, privetur similiter per sex menses; Si autem tertio excesserit gravius puniatur.

De expellendis ob parata crimina.

§. 41. Insuper, ne sine vindicta violentiæ crescat audacia, & ne quidquam incongruum reperiat, quod in Scholasticæ honestatis gloria maculam inferat statuimus, & irrevocabiler ordinamus, quod pro criminibus infra explicandis valeant Scholares excludi a consortio Collegii hæc forma penitus observata. Expellendus enim, contra quem laborat infamia, per Rectorem, & alios providos de Collegio, primo increpetur, & eidem secundum exigentiam meritorum pœna imponatur: quod si secundo idem attenterit, vocato toto Collegio vel majori parte, & uno de Visitatoribus ac præmissa diligenti deliberatione, an sit tolerandus, vel eiciendus, si deliberatum fuerit debere, eiciatur, ac privetur gratia Collegii perpetuo, vel ad tempus. Si vero tertio excesserit, quia contra talem sic frequentem est præsumptio vehemens de incorrigibilitate, ne tuis morbida inficiat totum gregem, per Rectorem, & duos Visitatores, ac etiam totum Collegium de facto absque ulla misericordia expellatur, nec ibidem tolerari, vel de novo recipi valeat ulterius semel expulsus pro criminibus infra scriptis.

Crimina, ob quæ debet quis expelli.

§. 42. Crimina vero, propter quæ præmissa expulsio fieri possit sunt hæc: Blasphematio Dei, & Virginis gloriosæ; vituperosa, & frequens manus injectio cum gladio, vel æquivalenti instrumento in Scholarem, Sacerdotem, vel familiarem in communi officio officiantem. Quod si enormis fuerit pro prima vice expellatur. Item atroces iniuriæ etiam verbales contra Rectorem illata ita tamen, quod si quis cum violenter percussit, pro prima vice expellatur, & nullo modo valeat reconciliari. Item detentio Armarum offensibilium, & defensibilium intra hospitium. Item fractio alicujus Arce, vel hostii intra Collegium animo nocendi. Item furtum rerum communium Collegii, usque ad

ad valorem triginta solidorum, Item fur- tum rerum privatarum usque ad valorem trium librarum Bononien. Itis autem duobus cassibus, si minus etiam usque ad unum solidum quis per se vel alium rapuerit, secundum quantitatem maiorem, & minorem graviter, & gravius puniatur satisfactione semper premissa. Item Sacrarum Monialium, & Virginum desloratio, & hoc casu pro prima vice. Item adulterium. Item continua concubina extra domum detentio, item introductio alicujus mulieris suspecta intra hospitium: qui autem non suspectam ex quavis causa introduxerit ipso facto perjurus sit, & nihilominus graviter puniatur. Item seditionem seu zizaniam in Collegio feminans, per quam ad scandalum, vel conspirationem deveniatur. Item scandalum ponens in Collegio cum effractione portarum vel dissipacione bonorum pro victu quotidiano.

Alii excessus simili punientur de pena.

§. 43. Prater hoc etiam, ut a singulis de dicto Collegio distractionis cujuslibet tollatur occasio, per quam impediri possit, vel etiam retardari debita perfectionis excursus; Volumus, quod si aliquis ex Scholaribus, etiam si graduati existant, officia, vel procuraciones quorumcumque suscipiant, per quae a studio retrahi valeant, quod Judicio Rectoris, & Consiliariorum relinquimus. extimandum, nisi moniti, ut premititur, omnino dimittant, eo ipso expellantur. Et idem de illo statuimus, qui non obtenta a Rectore licentia per sex dies extra Civitatem, vel Collegium permanerit & idem de illo, qui etiam obtenta licentia pro suis negociis absens infra quatuor menses iusta causa cessante, de qua fide, Rectori, & Consiliaris teneatur facere, non revertatur: nisi forte pro Collegii negociis ad curiam, vel alio missus esset: adiacentes, quod nullus Scholaris per diem naturalem se absentare presumat absque Rectoris licentia: Qui contrafecerit in crastino hora prandii cum pane, & aqua penitentiam agat.

Alio Rectoris facultates.

§. 44. In casibus autem supra premissis Rector cum Consiliaris, & duobus visitatoribus possint ex nunc autoritate nostra ad expulsioem ipsius Collegii, dummodo presenti nostre ordinationi non obvient, viderit expedire: Provisio tamen quod quoties de expulsione alicujus scholaris in casu non expresso agatur imposterum, aut de quocumque negocio arduo, quod quidem an sit arduum vel non, Rector, & Consiliaris ac quatuor Scholares per eos assumpti discutiant, & determinent, convocare, & per duos dies antea avisare teneatur Rector duos Visitatores, & totum Collegium, & de consensu eorum, aut majoris partis Collegii, & non aliter illud exequatur. Adiacentes,

quod Scholares omnes pro doctorando; licentiando, vel mortuo associando, vel alias rationabiliter per Rectorem convocati ipsum sequi valeant: inobedientes vero ejus arbitrio puniantur.

De administratione bonorum.

§. 45. Verum quia circa temporalium administrationem, ne propter insolentiam, aut injuriam presidentis aliquid de bonis Collegii depereat, diligens cura est adhibenda; Statuimus ut per Rectorem, & totum Collegium expensis eorum assumatur unus, vel plures viri providi, & discreti, utiles, & experti, qui in presentia Collegii, preposito primitus tactis Sacrosanctis Evangelii Juramento, quod eorum officium fideliter exercebunt, omnes, & singulos fructus, redditus in quibuscumque bonis, vel rebus consistant, integraliter Collegio assignabunt, ac fidelem, & legitimam reddent rationem quecumque bona apprehendendi, gubernandi, recipiendi, possessiones sapere, & sepius visitandi, provisiones ad mandatum Rectoris debitis temporibus faciendi, ac de receptis quietationem dandi, necnon de consensu Rectoris, & Collegii quoscumque actus, & contractus licitos tam temporales, quam perpetuos faciendi, celebrandi, exercendi in Judicio, & extra, plenariam habeant potestatem. In fine vero anni aut sepius, si Rectori, & majori parti Scholarium expediens videbitur de omnibus receptis, gestis, datis, & administratis rationem, & computum, plenarie reddere teneantur. Quod si Rectori, & Collegio utiles, & expedientes videantur sic assumpti, possint in dicto officio diutius tolerari, vel si ipsi Rector, & Collegium maluerint, pro libito alios valeant loco eorum subrogare, ac etiam Sacerdotes unum, vel plures dicti Collegii, quoties expediet, possint eis adjungere. Scholares tamen, ne eos diversa commissa negotia a fructu studii distrahere possint, volentes proficere, volumus si forsan urgente necessitate & tunc de mandato Rectoris expresso, & non alias circa hoc implicari. Mandamus tamen, quod quilibet Scholaris infra annum a die sue receptionis visitare teneatur omnes possessiones, & singula loca Collegio applicata sive sint intra Civitatem sive extra, ut de ipsis singuli Scholares plenam notitiam habeant. Que quidem Procurator Collegii teneatur fideliter singulis premissis modo manifestare.

De custodia pecuniarum.

§. 46. Bona autem seu redditus ut premititur recolectos, & intra, vel extra Collegium reconditos custodia conservet, & expendat, & juxta temporis dispositionem pro necessitatibus Collegii dispenseat is, cui Rector, & Collegium duxerit committendum. Qui quidem nil omnino possit alienare nisi de consensu Rectoris, & majoris partis Collegii, nisi essent bona, que servando servari non possent, & tunc possit hoc de Rectoris licentia. Quod si in pecuniis existant, volumus eorum custodiam Thesaurario consignari, ad cuius officium spectet dictas pecunias modo infra scripto diligenter custodire, ac summam, expensamque, & rectam in libro computorum fideliter describere,

re,

re, qui etiam singulis diebus, vel septimanis juxta consilium Rectoris, ac formam statutorum pro quotidianis usibus Collegii eis distribuatur, necnon, & quoties fuerit requisitus, plenariam, & fidelem rationem reddat: eaque sufficienter reputare, & exhibere in presentia Rectoris, & Consiliariorum quantitatem superstantem seu superessentem omnium pecuniarum in Arca communi reponere teneatur.

De Arca pecuniarum, & ejusque custodia.

§. 47. Pro quarum pecuniarum, & aliorum Jurum Collegii securiori custodia, & conservacione constituimus, & ordinamus, quod intra Collegium in aliquo loco tuto una Arca seu capsula retineatur, & quatuor diversis clavibus claudatur, quarum unam Rector, aliam Thesaurarius tertiam unus de Consiliaris, quartam autem Bernardus Guidonus quandiu ibi erit, & eo absente aliquis Scholaris fidelis ad hoc deputatus teneat. In qua quidem capsula, seu Arca ab una parte sicut omnes pecunie Collegii, quadraginta ducatis dumtaxat pro usibus quotidianis penes Thesaurarium remansuris. Item sigillum commune, cum quo nil sigillari valeat, nisi de consensu totius vel majoris partis Collegii, & lecta prius scriptura in communi, in qua quoties expediet, Rector nomine Collegii se subscribat. Item ibidem omnia Privilegia, & originalia horum statutorum, ac etiam omnia Instrumenta, & alia Jura transcrita dicti Collegii servata hac forma fideliter conserventur. Rector quippe expensis Collegii ne contingat in aliquo ejus Jura deperire, omnia Privilegia, & Instrumenta publica, & authentica cum subscriptione, & auctoritate duorum Tabellionum transcribi faciat, & exemplari, & de transcripto fiant duae copiae authenticae, quarum una penes ipsum Rectorem exhibenda in ludicio, & extra, quoties fuerit opportunum; Reliqua in dicta capsula perpetuo remansura; Originalia autem omnium predictorum in Sacristia Fratrum Predicatorum, vel Minorum, aut alibi, secundum quod Rector, & Collegium duxerint ordinandum, custodienda reponantur, & nihilominus omnia premissa sine authenticatione in uno libro, vel in diversis pergamenis transcribantur. Qui quidem liber, vel libri in libraria communi sub catena, & clavi reponantur.

Quolibet anno a Rectoris, & Consiliariorum Collegii consensu Inventarium.

§. 48. Insuper per Rectorem, & Consiliarios singulis annis fiat inventarium publica manu scriptum de omnibus bonis & rebus tam mobilibus quam immobilibus, videlicet possessionibus, Territoriis, & quibuscumque aliis dicto Collegio applicatis. Quod quidem in dicta communi Arca recludatur, & etiam in libro Pergamenti copia transcribatur, ut sic de bonis Collegii presentibus, & futuris diligenter conservandis clare Notitia possit haberi.

Quolibet anno a Rectoris, & Consiliariorum Collegii consensu reddenda de administratione ratio.

§. 49. Verum ut prefata bona de bono in melius augeri, & conservari valeant, Statuimus, quod anno quolibet infra octo dies post creationem novi Rectoris, Consiliariorum, & Thesaurarii Rector antiquus ac Thesaurarius cum antiquis Consiliaris reddant

rationem suam scriptam novo Rectori, & Thesaurario presentibus Consiliaris novis, & tribus scholaribus, quos totum Collegium duxerit eligendos. Quam quidem rationem scriptam seu librum rationum, ut per eum de quantitate annua expensarum Collegii liceat in futurum, volumus in Arca communi exacta diligentia reservari. Post hoc autem incontinenti novis officialibus per antiquos cum instrumento publico omnes pecuniae, quae supererunt, & omnia superius enarrata in Arca communi reposita, necnon & Inventarium omnium bonorum cum clavibus dictae capse super premissis manualiter, & integraliter consignentur: mandamusque sepedictum Inventarium in Personam novorum officialium renovari additis in eodem omnibus, quae de novo fuerint acquisita, ac deletis iis, quae vetustate, aut alias legitime fuerint consumpta.

Culpabilium Officialium pena.

§. 50. Denique sufficienti, & legitime ratione exhibita ac fideliter integra assignatione facta, ut premititur, necnon facta relatione saltem summarie presente toto Collegio, vel majori parte ipsius de superessentibus, officiales non possint antiquos absolvere, & literas quietantiae dare de omnibus gestis, & administratis per eosdem, & si quod absit, prefati Officiales antiqui in aliquo reperi fuerint culpabiles, debitores, vel obnoxii; per subtractionem librorum, vel aliorum bonorum, ac alia juris remedia ante illam absolutionem satisfacere, & Collegium indemne conservare cogantur per Rectorem novum: & tunc demum absoluti nullatenus ad aliquod officium amplius in dicto Collegio assumantur.

De Bibliotheca, librorum, & ejusque custodia.

§. 51. Praeterea circa librorum in Armario seu Libraria communi per Nos deputandorum utilitatem, cautam ac solertem curam adhiberi volentes, statuimus, & mandamus, omnes libros in dicta libraria reponendos, cujuscumque facultatis seu valoris existant, sub bonis clavibus perpetuis temporibus in chatenari, nec ab inde aliqua occasione vel titulo etiam ad brevissimum tempus per aliquem seu aliquos, seu pro aliquibus Personis cujuscumque conditionis, status, vel praeminentiae existant, quocumque colore quesito possint inde extrahi seu dischatenari nisi dumtaxat ligandi vel reparandi causa, aut etiam cum libro utiliori permutandi, & tunc id fiat de consensu Rectoris, & totius Collegii duarum partium ipsius. Provisio, quod liber ligatus seu reparatus, vel ut premititur, cum utiliori permutatus cessante omni dolo quantocius fieri poterit, reponi debeat sub clavi in loco priori. Contrarium, facientes, & consentientes, ac scientes & non revelantes pro prima vice expellantur perpetuo ab ipsius Collegii consortio, & nihilominus damnum, si quod fuerit per subtractionem omnium bonorum, ac alia juris remedia resciscere teneantur: Decernentes etiam quemcumque contractum alienationis de quovis libro communi celebratum praeter casum permutationis premissum, nullius esse momenti: statuimus insuper quod ostium librariae duas claves diversas habeat, unam for-

fortem cum forti clavatura, aliam vero condecem: primam custodiant scholares...

Perpetui Vicariores deputantur.

§. 54. Ceterum nolentes fructum utilem progredi solitum ex facultatibus generosis...

ordinationi non contradicant, plenam concedimus facultatem. Quod si ipsi vel eorum aliqui noilent...

§. 55. Præterea ut dictum Collegium ad quod, & ipsius incrementum summe afficimus...

§. 56. Verum civitatem nostram Bononiensem, in qua prædictum Collegium fundatum extitit favore ac benevolentia...

Item Protecores, & Defensores.

A Collegio quolibet anno tribus scholaribus Bononiensibus alimonia tradenda.

XI.

Humiliatorum Ordinis Præpositos quamvis ab Apostolica Sede de Præposituris provisos...

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Christoforo Magistro Generali Ordinis Humiliatorum...

Ex Regest. in Arch. Vatic.

Exordium.

Apostolicæ servitutis Nobis iniuncta decipit, & inducit, ut circa ea, quæ pro statu prospero Personarum sub Religionis habitu...

Causæ faciendi Decreti.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, quod licet omnes, & singuli Præpositi Præpositurarum dicti Ordinis...

Decretum de quo in rubrica.

§. 2. Quare pro parte tua Nobis extitit humiliter supplicatum, ut providere Tibi super hoc de opportuno remedio dignemur...

Clausula.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ ordinationis, concessionis, & voluntatis infringere &c.

Dat. die 5. Januarii 1373. An. III.

Datum Avinionis Nonis Januarii Pontificatus nostri Anno Tertio.

XII.

Exemptio Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum a solutione decimarum, de proventibus & redditibus ecclesiasticis...

Gre-

Romanis Pontificis & S. R. E. Cardinalibus ipsam Collegium commendat.

Scholares quos ipsi ad studia literarum, & spiritaliumque profectus excitat.

Clausula.

Dat. die 18. Decembris 1372. An. II.

in Collegio, vel factis ejus habeant. Salvo quod de juramento præstando per eos, superius est expressum...

§. 57. Denique cum spem firmam habeamus, quod nobis in Domino quiescentibus hujusmodi in vinea Domini sit plantata...

§. 57. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum constitutionis, ordinationis, associationis, donationis, statuti, deputacionis, rogacionis, subrogacionis, reservacionis obsecracionis, & exhortacionis infringere &c.

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Magistro Generali, & Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, Ordinis S. Augustini, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Exordium: Dum salubria laborum vestrorum studia, quibus vacatis assidue pro redemptione Christi fidelium, qui ab inimicis fidei orthodoxæ miserabili captivitate detinentur, necnon multiplicia expensarum onera, quæ pro redemptione hujusmodi continue supportatis, diligenter attendimus, dignum reputamus, & congruum, ut vos, & loca vestra specialibus favore, & gratia prosequamur.

§. 1. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra petitio continebat, quod licet omnes fructus, redditus, & proventus beneficiorum, domorum, & aliorum locorum vestrorum, una cum elemosynis, quæ vobis a Christi fidelibus largiuntur (visu, & vestitu vestris dumtaxat deductis) in redemptionem fidelium Christianorum, qui per inimicos ejusdem fidei captivi detinentur, converti debeant, & etiam convertantur, tamen cum decimas reddituum, & proventuum ecclesiasticorum Regibus, & aliis Principibus concessas, levare seu exigere contingit, collectores decimarum hujusmodi, vos ad solutionem, seu præstationem decimarum ipsarum compellunt. Quare pro parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum, ut cum Hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, de Calatrava, & de Montefia domorum Magistris, & fratres, a solutione, seu præstatione decimarum ipsarum exempti sint penitus, & immunes, vos ut circa redemptionem Captivorum ipsorum melius, & liberius insistere valeatis, a præstatione seu solutione decimarum earundem eximere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur volentes vobis super hoc paterna sollicitudine providere hujusmodi supplicationibus inclinati, quod vos de vestris introitibus, ac beneficiorum, domorum, & aliorum locorum ipsorum fructibus, redditibus, seu proventibus prædictis, decimam hujusmodi, cum ipsam quibuscumque Regibus, seu Principibus, aut aliis quibuscumque per Sedem Apostolicam concedi contigerit in futurum, solvere, seu præstare, aut in ea cum aliis personis Ecclesiasticis contribuere minime teneamini, neque ad id a quoquam compelli possitis per literas Apostolicas, sub quacumque forma, vel expressione verborum concedendas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & Ordine, ac domibus vestris hujusmodi mentionem, devotioni vestræ auctoritate Apostolica de speciali gratia, tenore præsentium indulgemus, decernentes suspensionis, interdicti, ac excommunicationis sententias, si quas contra vos, vel aliquem vestrum, aut domus, seu alia loca vestra prædicta, per quoscumque occasione præmissa ferri contigerit, seu etiam promulgari, irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-

strarum concessionum, constitutionum, & inhibitionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione XVI. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Tertio.

strarum concessionum, constitutionum, & inhibitionum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Avenione XVI. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Tertio.

Dar. die 17. Maji 1373. An. III.

XIII.

Declaratio, & limitatio auctoritatis, & facultatum Cardinalis pro tempore Protectoris Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci.

Aliorum Ordinum Protectores majores his facultates non habent. Has ergo ponere satis esse arbitratus sum, ut ceteris Regularibus usui esse possint. Cherubin.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Cunctos Christi fideles super quibus curam ex debito officii Summi Pontificis gerere obligamur, per Præsidentes eisdem, sic caritative sicque provide, ac juste cupimus gubernari, quod illi in viam mandatorum domini dirigantur, & hi ex merito prædialis sollicitudinis, uberius superne remunerationis præmium nanciscantur.

§. 1. Sed nos nimirum in illis desideramus ardentius, & affectuosi studio procuramus, quorum alii a mundanis abstrahunt, & gravibus poenitentis dediti, caelestibus inhiant, & ad illa per contemplationis pennas suavius, & altius elevantur, ut aequilæ, & cum Maria parte optima perfruuntur; alii vero sanctam sollicitudinem Martiæ sectantes, celebrationi diviorum vacant solertius; Alii dicunt, & docent Dei scientiam, & alii plebem instruunt in eadem aliique ferventioris spiritus ardore succensi, non timentes, sed amantes barbaras nationes, ad illarum conversionem pergunt intrepidi, ut valeant ad dominicam aream, multos afferre manipulos, & de talentis eis creditis bonam domino reddere rationem.

§. 2. Hi profecto sunt fratres Minorum Ordinis in Dei Ecclesia multiplicibus splendoribus radiantes, quorum sonus prædicationis & sanctitatis opera, præ cæteris religionum professoribus, usque ad extremum terræ noscitur exivisse. Hi sunt quos Deus numero multiplicavit, & meritis, quibusque sicut & aliis bene currentibus in studio militantis Ecclesiæ, æternum bravium, quod certatim apprehendere satagunt elargitur. Et propterea nos de ipsis digne curam vigilem gerimus, ut eos in his sanctis operibus nil impediatur, nil perturbetur, sed ipsi opportuna quietis dulcedine potiantur.

§. 3. Sane cum in Beati Francisci Regula, cujus iidem fratres existunt, hæc verba contineantur expresse: videlicet: Per obedientiam ad hæc injungo ministris, ut petant à Domino Papa unum de Sanctæ Ecclesiæ Cardinalibus qui sit Governator, Protector &

Premium.

Ordinis Minorum Enconium.

In ipsa Regula mandatur, ut Fratres aliquem S. R. E. Cardinalem in Protectorem Ordinis petant.

Causæ exemptionis concedendæ.

Exemptio de qua in rubrica.

Clausula.

He Ordo a Rom. Ecclesia semper Cardinalis Protector obtinuit.

Is vero suam potestatem nimirum extendentibus.

Interdicitur quidquam immutare de Statutis in Capitulis Generalibus Provincialibus &c.

Officiales ordinis instituerent, aut deponerent.

Quemquam ad gradum, aut lecturam promoverent, & v. v.

De loco movere.

Delinquentes punire, vel absolvere, &c.

& corrector istius fraternitatis, ut semper subditi, & subjecti pedibus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem & sanctum Evangelium Domini Nostri JESU CHRISTI quod firmiter promissimus observemus, iidem fratres existentes pro tempore, hujusmodi protectores dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales successivis temporibus petierunt a Sede Apostolica, & etiam habuerunt.

§. 4. Sed aliqui eorumdem Protectorum putantes forte, bene, & licite, a certis temporibus citra, suam potestatem nimium extendisse dicuntur in pluribus, ex quibus in ipso Ordine gravia perturbationes & scandala sunt exorta.

§. Nos igitur, ut idem Ordo in sua primeva quiete remaneat, de virtute in virtutem eat assidue, & quibuslibet amotis præpediis, eradicatisque spinis & tribulis, fructum non solum consuetum, sed etiam uberiorem afferat, ad radicalem submersionem turbationum & scandalorum hujusmodi jam exortorum, & ne oriantur in posterum providere, ac ejusdem Ordinis Protectoribus, qui erunt pro tempore (cum nullus sit ad præsens Ordinis præfati protector) transgressionis suæ potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupientes, Auctoritate Apostolica, eisdem Protectoribus districtius inhibemus, ne præsumant quæcumque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinata, statuenda, seu disponenda per generalia, vel provincialia, aut custodialia Capitula, infringere, reprobare, corrigere, suspendere, super ipsis, seu contra ea vel eorum aliquid quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula ut præfertur, vel aliquem ipsorum existeret manifeste.

§. 6. Aut quemcumque Prælatum seu officialem dicti Ordinis, seu alicujus loci ejusdem, quocumque nomine nuncupetur, ponere seu instituire, aut deponere, destituere seu privare, aut a suo officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovis modo.

§. 7. Aut aliquem fratrem Ordinis antedicti ad lectoratum aut quancumque lecturam, seu studium vel gradum promovere, aut promotos ab eis, removere seu etiam revocare.

§. 8. Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, sive alicui fratrum eorumdem eundi ad quocumque Monasterium vel locum, alium, aut dominium, vel aliquam personam licentiam impertiri.

§. 9. Et ne insuper in quemvis singularem fratrem memorati Ordinis, de quocumque crimine vel delicto punire, vel a poena seu poenitentia liberare, aut eam minuire, augere, vel immutare.

§. 10. Aut etiam alicui fratri locum, cameram, cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus usui deputare.

§. 11. Aut quancumque per Prælatos ejusdem Ordinis, aut alios deputare quomodolibet amovere.

§. 12. Nec etiam de rebus aut correctione fratrum dicti Ordinis (nisi in casibus præfatis Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

missis contentis in præfata regula seu eorum aliquo) se aliquatenus intromittere quovis modo, ita quod dictus Ordo seu fratres ejusdem Ordinis, in nullo subsint futuris Protectoribus nisi dumtaxat in casu quo ipsorum fratrum communitas vel generale Capitulum, quod absit, a prædictis articulis, vel eorum aliquo deviant. Alioquin si secus fecerint id decernimus irritum & inane.

§. 13. Et nihilominus fratres, qui contra hujusmodi inhibitionem nostram quicquam impetrant, seu post inhibitionem hujusmodi utentur etiam per alios impetratis puniantur illis poenis, quibus essent pro gravibus culpis secundum statuta dicti Ordinis puniendi, & sint nihilominus actibus privati legitimi, & a suis, si qua habent, suspensioni officii ipso facto.

§. 14. Ceterum nos eosdem futuros Protectores hortamur attentius, quod per facti efficaciam sic nominis sui officii procurent effectum, quod Ordo ipse per eos non lædatur in aliquo, sed potius ab adversis (si quando forsitan imminere) suo opportuno defensionis clypeo protegatur, & a noxiis præferretur. Sic acturi proinde, & æquitatis ac modestiæ limites servaturi, ut non trahatur ad noxam, quod provisiu extitit ad salutem; sed ex caritativis gestis eorum, Ordo præfatus quietem & consolationem percipiat, & Protectores magnum apud Deum præmium sortiantur, & super contrario non oporteat dictæ Sedis providentiam aliud remedium adhibere. Nulli ergo &c.

Datum apud Pontem Sorgiæ Avinionen. Diæcesis, sexto Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Tertio.

XIV.

Quod Officiales Status Ecclesiastici, neminem cogant ad granum, ligna, & similia, absque solutione iusti pretii sibi deferendum.

Gregorius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam Rei Memoriam.

R elevationi injustorum gravaminum nostrorum subditorum, præsertim pauperum, providere pietatis studiis cupientes,

§. 1. Universis, & singulis Apostolicæ Sedis Legatis, ac Vicariis Governoribus nostris, & successorum nostrorum Romano-Romanæ Pontificum, etiam si sint Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Thesaurarii, & Rectoribus generalibus, necnon Rectoribus, & Marscallis, ac Potestatibus, Capitaneis, Depositariis, Judicibus, Castellanis, & aliis quibuscumque officialibus nostris, & ejusdem Ecclesiæ, quocumque nomine nuncupentur, præsentibus & futuris in civitatibus Bononiæ & Perusii, earumque Communitatibus, & districtibus, necnon Romandiolæ, Marchiæ Anconæ, Ducatus Spoletani, Patrimonii Beatri Petri in Thuscia, Campaniæ, Maritimæ, & Massæ Trabariæ Provinciis, & aliis civitatibus, terris, & locis dictæ Ecclesiæ immediate subiectis, (quorum nomina haberi volumus præsentibus pro expressis) tenore præsentium districtius inhibemus, ne

Quæ puniendi Poena Fratres quicquam ex alia a Protectoribus obtinentes?

Adhorratio ad ipsos Protectores.

Dar. die 27. Maji 1373. An. III.

Exordium.

Constitutio de qua in rubrica.

Y y

fr.